Panegyricus

diuinæ, & eccleſiaſticæ Philoſophiæ:
aduerſariorumq́; ipſius
Cathegoricus.

*Ioanne Beſsiano à Preſſaco I. D.
apud Tholoſanos cauſidico,
Autore.*

Cum omnia feceritis, dicite:
Serui inutiles ſumus.
Lucæ. 17.

LVGDVNI,
In ædibus Ioannis Flaiolleti.
1548.

Cum Priuilegio.

107

SVr la requeſte a nous Iehan Ti-gnac cōſeillier du roy en ſon Parlement de Dombes iuge ordinaire ciuil & criminel de Lyon faicte par Iehā Flaiollet imprimeur demorāt audict Lyō. Expoſant ql auroit recouuert a grās fraiz & labeurs ung traicte ītitule: Panegyricus diuinæ, & eccleſiaſticę Philoſohiæ: cōpoſe par maiſtre Iehan de Beſſe ſeigneur de Preiſſac aduocat au parlemēt de Tholoze: leql il uouldroit mettre en lumiere, mais il doubte quautres imprimeurs & libraires uoulſiſſent imprimer & uendre ledict traicte a ſon dommage, & preiudice. Nous ueoians ladicte reqſte permettons audict Flaiollet de imprimer & uendre ledict traicte. Et ſi auons faict inhibitions & defenſes a tous autres imprimeurs & Libraires, & aultres perſonnes quelconques, en noſtre diſtroict & iuriſditiō de ne faire imprimer ledict liure ſās le cōſentemēt dudict ſuppliāt, dicy a trois ans, & ce ſur peine de cōfiſcatiō des liures, & damēde arbitraire. Dōne à Lyon le. vj. de Iuillet. 1548.

Iehan Tignac. ſigne Giraud.

PRAEFATIO NOB. IOANNIS BESSIAni iuriũ Doctoris in Panegyricum diuinę, & eccleſiaſticę Philoſophiæ, ad integerrimum uirũ D. Carolum de ſancto Necterio, Aureliaci, & ſancti Theofredi Abbatem digniſſimum.

GYMNOSOPHISTAE veteres illi Indiæ ſapientes, celeberrime Pater, otium temporis inane tantopere deteſtabantur, vt non modo ipſi temporis rationem reddere, ſed ab alijs accipere ſoliti fuerint: Qui tota die a curis & cupiditatibus nudi in cęleſtiũ admiratione peracta in cœnã conuenientes, priuſquam edulia menſis apponerentur, efflagitare a tyronibus conſueuerant, quid boni a lucis ortu tunc vſq; didiciſſent: Quiq; nihil habebat reſpondẽdum, confeſtim foras extrudebatur, exiſtimãtes virtutis miniſtrũ laborem renuentes, otio ſcelerum duce ad male agendũ paratiſſimos. Quare dum pauliſper athlanticus labor formularum forenſium diſcendarũ per ferias remiſſus eſſet, ſciens animum incultum (prout ager natura fœcundus in tribulos virtutis fruges abſorbentes exuberat) Ita vitijs ſua ſponte inualeſcentibus, velut ſpinis obduci: In philoſophiæ rure quam amœniſſimo tribus indeſeſſis bobus labore, docilitate, & induſtria, cepi grauis aratri ductamine ſentes omnes deſidiæ, ignauiæq; ſale-

bras infringere,deſulcareq́. Sed cum veniret in mentem Iuriſprudentiæ ſtudijs ſacrę,humanæq́ literæ nõ medio cri eſſe ornamento,neq́ a cauſarũ patroni munere,qui ſa ne bonarũ artium expers non ſit, alienum eſſe,interdum obiter in diuinæ & eccleſiaſticæ ſapentiæ ſcripturis gra ta ſtudiorum varietate recreari, operæpretiũ exiſtimaui priſtina illa quæ in diuinæ & eccleſiaſticæ philoſophiæ, annis ſuperioribus dum Lutetiæ eſſem acceperam docu menta,memoria repetere: ſic deniq́ alacriter, hilariter, ingenueq́ illa amplexi ſumus:vt non tam anxio labore q̃ amœno veluti ioco per hæc tmepora otium feſeliſſe, a noſtroq́ contubernio propulſaſſe videamur.Optimũ enim eſt ijs iocis,ac ſalibus inertiam excutere,ne mœrore animi acrimonia viuax nihil inclyti laboris agens, tanq̃ feriata acies ferrugine inter oſcitantes elangueſcat. Inter hæc ſubinde ſympoſia literaria appetitus neſcio quis ſcri bendi, ita crebro animũ titillauit meũ,vt perfricta timo ris fronte,optimæ ſpei accinctus mucrone in hanc auſus ſim deſcēdere paleſtrã, nullo(ita me bene ament Muſæ) ductus glorię deſiderio,eum tamē proſpiciens ſcopum, vt mihi non minimã apud te, Pater religioſiſſime,com pararem beneuolentiam,hocq́ labore mihi prodeſſem, fierem eruditior,& minus otioſus, & vt demum ex ea re legentium animos deuincire, ac demereri poſſem. Quapropter cepi ex læta ſtudiorũ noſtrorũ ſegete haſce diuinæ,& eccleſiaſticæ philoſophiæ fortaſſe nõ inſuaues laudes demetere: ne me tuo ſingulari beneficio in ordi nem clientium tuorũ coaptato tantæ munificentiæ im memorem hæ huius ſterilis agri a te incul turam redacti, primitiæ teſtarentur,eſſentq́ prædes eius gratulationis, quam amplitudini tuæ ſoluere nondum poſſum. Huic deniq́ encomio, velut racemorum collectioni, tantil lum otij donauimus, quod nobis hæc tempora con

offerunt,vt ingenij periculũ facie͞tes, auicularum inſtar, paulatim euolare tentemus:quæ prius probāt viriculas, ne præcipites ruant,cum ad altiora volare contenderint. Proinde ſpero me non difficulter a bonis viris veniā im‑petraturum eſſe, quod maius aliquanto negotium ſuſci‑piā,quā hæ noſtræ viriculæ videantur laturæ, quam in‑dulgentiam meretur humilitas,quæ quo poteſt acceſſu ſublimitatis tuæ manibus ſe porrigit attrectandam, non gloriam mendicans,ſed gratiā. Ego quidē nec a meipſo, neq; ab alio quęro nomen,neq; aliquid me exiſtimo eſſe, cum nihil ſim, neq; infirmitatem meam diſſimulo. In re tamen tam pręclara,in qua & voluiſſe ſat eſt,audendū eſſe putaui:verūtamen ſuſpicor nō defuturas veneno tin ctarum linguarum reprehenſiones, quæ me ad nimium ſublimia velut alter Icarus conſcendere arguent: quaſi ad optima quæq; tentanda ſublimia hominum ingenia nata non ſint.Quare ab his facile non cōmouebor,vt qui nec ſub Zona ardore torrida cereis alis cōfidens, ſed ſub temperatiſſima diuinæ & eccleſiaſtcæ philoſophiæ Tro‑picorum plaga,vbi nullæ præcipitij Scrobes, Syrtes, Ter mopilæq; reperiuntur, huius ſapientiæ pelagus ſim trāſ‑fretaturus. Me præterea nauigationi paratū fluctus & procellæ ſuſurronum, vitiligatorumq; hominū, quibus hæc ab autoris humilitate, ſuiq; obſcuritate pene ſub‑mergenda exiſtunt remorabantur ,quod ego tam egre ferens,quam qui iam limini ad motū pedem referre co‑guntur cepi tuæ ſingulari dignitati,velut ſiderei curſus ſplendori confidens,in puppim oblatam aſcendere, nec plus venulis fictilibus liuidorū improborumq; homi‑num,quos hæc tantū offendent, grunitus pertimeſcens, iter inſtitutum arripere:non enim me latebat quantum momenti habeat in his fluctibus ſedandis grauis alicuius & magnificētiſſimi Abbatis autoritas. Sed me itineri ac‑

cinctum pulcherrimus huiuſce tempeſtatis eloquij candor ſummæ ingenij vires, optimarum artium peritia, quæ omnia in hac tam graui cauſa ſunt perneceſſaria, in me vero perexigua tardaſſent detinuiſſentq́, niſi iſta quæ per ſe nullis placere poterant, a ſummo tuæ amplitudinis fauore (velut Luna a Sole lumen mutuatur) gratiam & decorē fœnerantia non nihil venuſtatis, atq́ autoritatis habere viderem. Merito igitur te potiſſimū delegi, in cuius clientelam huiuſce alumni orationem reponerem, quam longe tuæ dignitati, ac amplitudini imparem cenſeo, cum non ijs gerris, atq́ gelaſiſmis, ſed Homeri Illiade, Platonis Thimeone, Demoſthenis, & Marci Tullij actionibus dignus ſis. In hæc tamen duo coarctatus, audatiæ me potius nomine, quā ingratitudinis nota reprehenſum iri arbitratus ſum. Et quū in diuinæ, & eccleſiaſticæ philoſophiæ præconijs noſtra verſetur oratio, ad te inclytum diuinæ ſapiētiæ cultorē, eccleſiaſticæq́ diſciplinæ ſtrenuū defenſorem huius cauſæ tutelare patrocinium pertinet, vnde nec alteri quā tibi vtriuſq́ Philoſophiæ præceptis religioſiſſimo obſeruatori, qui totius opuſculi optimus iudex, & cenſor eſſe poteris, hunc Panegyricum conſecrare phas erat: Quod vt facerē egregia merita tua impulerunt. Nam ſi viuā fidem in te per charitatem operantem, veram in actu, & habitu religionem, tum in pauperes & miſeros, tū in cœnobitas perfectionis Euangelicæ obſeruatores perſpicere voluerimus, non aliud preclarius exemplum, etiam inter tot tuæ religionis venerandos patres, inueniri poterit. Rurſus ſi animo aduerterimus quanta cum integritate, & ſanctitate Abbatis dignitatē tueris, vere te magni Baſilij, aut diui Benedicti perſonam ſuſtinere non diffitebimur. Non enim circa vaniſſimas huius mundi præſtigias, & illecebras (vt pleriq́ proh dolor) in magnum reipublicæ

vbi paululum religionis negotia a te ſegregare potes, in ſacra ſtudia ſoles diuertere, & quicquid temporis tibi a diuinis precibus ſupereſt, id omne libenter diuinæ, & eccleſiaſticæ Philoſophiæ codicib⁹ impendis. Sed neſcio quonam ferme piaculo preterij, nimirum humanitatem tuã, quæ nõ in me ſolum, ſed in ſtudioſos omnes, & bonarum literarũ cultores tanta eſt, vt nullatenus dubitem, quin paſſim nomini tuo plurimæ a doctis, quos ſummo in precio habes, decantentur laudes. Repeterem hic ſummã animi tui prudẽtiam, & integerrimã viuendi formã, cæterarumq́ꝫ virtutum pulcherrimũ chorũ, quæ nõ ſolũ apud mortales, verum etiã apud ſuperos immortalem tibi gloriã pollicentur: Sed nequaquã me latet eã eſſe in te humilitatẽ, vt licet ad ſummum virtutis gradum perueneris; nihil tñ te extollas, & celebranda facere, q̃ celebrari malis. Cæterũ cum ad nauſeã vſq́ꝫ præfatus videar, imponã colophonẽ, tuã exorando Clementiã, vt in eorum clientũ tuorũ albo me aſcribas, qui te colunt, & venerantur. Datum Tholoſæ: octauo Idus Martij. Anno a Chriſto Peccatorũ cauſa nato,

1548.

A iij

ERVDITISSIMO AC GENEROSO VIRO D. IOAN. BESSIANO I. V. PERITISS. BRIVATENSI CANONICO, COMITIQVE ELECTISSIMO,

IOAN. FOBERTVS LOVERIANVS.

Nobilis et clarus q̃uis ſis, Doctor, abũde:
Te tamẽ illuſtrãt hæc tua ſcripta magis.
Quæ lepido ſermone dei p̃cepta recludũt,
Inq́ pium ſenſum uertere quæq́ docent.
Vnde tibi fiet non paruæ acceſſio laudis,
Quæ det ab æterna poſteritate coli.

IOANNIS BESSIANI APRESSACO I. D. de Diuiuæ, & Eccleſiaſticæ Philoſophiæ præconijs oratio: In qua huius Philoſophiæ excellētiā prædicat, inaduerſarioſq; ipſius errorum & uoluptatum ſectatores (quos euitandos admonet) inuehitur: Lectores ad ſapientiā, & Chriſtianam militiam adhortās.

ITA NATVRA comparatum eſt, Lector optime, ut ad uirtutem & gloriam clariſſimarum rerũ imagines, bene inſtitutos inſpectores, ueritatis opacas trabes, ab oculorum acie repellentes incitēt, & ex

Saluſtij ſententia plurimum commoueat, qui Scipionem & pleroſq; alios præclaros uiros ait dicere ſolitos, cum imagines maiorum & præconia intuerentur, uehementiſſime animum ſibi ad uirtutem accendi. Quare bene ac ſapiēter a ueteribus factū exiſtimo, qui celebres uirorum illuſtrium uirtutū & diſciplinarum panegyricos uelut exemplorū (ut Thucididi placuit) theſaurum in tantam reipublicæ utilitatē poſteris reliquerunt, ut plurimi ſine uirtutis nomine tanquā obſcuriſſima ignauiæ mācipia uixiſſent, niſi eos clariſſimorū heroū, ſingularium uirtutū, optimarumq; artiū memoria ad uirtutem titillaſſet, ſtimuloſq; dediſſet: uerum quid magis liberale & rationi temporū conueniens, quā Diuinæ & Eccleſiaſticæ Philoſophiæ ſingulares dotes depingere, egregias laudes celebrare, optima ſtudia honeſtis exēplis accēdere, oratorijſq; uiribus ad ipſa amplectenda, Lectores beneuolos adhortari: & pro re facile pulcherrima, omniūq; optima ad

Dei gloriam,hominũ mores,legẽtium de-
niq; frugẽ ſpectãti,aduerſus impios erro-
rum & uoluptatũ ſectatores cathegoriam
ſcribere,non ut uaniſſimas,gloriæ præſti-
gias aucup, uel præclarũ oratoris officiũ
aſſumã:ſed ut rei publicæ iuuandæ uehe-
mens deſideriũ exhibeã,uoluntatẽ erga il-
lã,animũq; aperiã meũ,&eius rei capeſſan
dæ reliquis uelut claſſicũ canã:quod offi-
cium qui neglexerit,is quia nullũ uitæ hu
manæ ſymbolum affert, & nec priuatim,
nec publicæ prodeſt, aſpernari ille homi-
nũ genus nõ ininria putabitur.Boni enim
uiri egregium hoc eſſe Lactãtius uoluit ſa
pientiæ laudes attollere, ab eaq; recedentes
cõmonere: Quod cũ pro uirili faciã eamq;
diuinam,& eccleſiaſticã Philoſophiã com
mẽdem,qua neglecta,cũ religionẽ,tum re
liqua bona corruere neceſſe eſt: facile,ut
ſpero, a iuſto Lectore impetrabo,ne mihi
mea ſedulitas noceat.Sed cum res formóſi
ſſima fucos non poſtulet,neque perſuaſio-
ne opusſit,ubi pſuaſum, Mineruã docere,

Danaidũ puellarũ laborẽ ſuſcipe-
re uideor,cũ his gerris huius Phi-
loſophiæ excellentiã laudare cõten
do, quæ ſuiſmet radijs cõſpicuam
ſatis ſeſe exhibet, nec amplo eget
propagationis munere,cũ ipſa ue-
lut alter Zethus Amphionis frater
aſſumptis alis omnem concionem
electorum, quam eccleſiã dicimus,
circõuolet,& uelut ſol, depulſa er-
roris nube, in omnẽ terram lumen
porrigat,& electos, uel iacẽtes eri-
gat,uel ſtantes conſeruat.Quam-
obrẽ repuareſcere uideor, qui hoc
mare magnũ(pueri inſtar) in ſcro-
be laudum noſtrarũ includere ni-
tar:cũ & longe maior ſit illius glo
riæ amplitudo, ꝙ uel Demoſthe-
nis uel Ciceronis,uel alterius ora-
toris,etiam linguis hominũ & An
I. Cori.13 gelorum loquentis uires panegyri-
co ſcribẽdo reſpondeant. Verum-
tamen incongruens eſt in hoc fauo

re dicēdi aliq̄d trepidationis affer=
re, minimeq́ decet huius Philoſo=
phiæ cōmendandæ anſam arreptā
demittere: Quæ hoc proprium ha Mich. 2.
bet, ut paruulorum præconijs &
Canticis oblectetur, cupiatq́ in te=
ctis, in propatulo, non in mundi ſa
pientia, nec eloquentia, ſed in fide, 1. Cori. 1.
& uirtute denunciari. Nā ſicut au=
rum perpuratum tum plus ſplen=
deſcit, quo crebrius inter manus
tractatur, ita huius Philoſophiç di
gnitas maiora ſuæ amplitudinis
encomia profert, quo plus laudan=
da ſuſcipitur, ipſiuſq́ laudādæ, ne
dū cāpus ampliſſimus ſeſe offert:
ſed & uaſta quædā nemora occur=
runt, quæ dubium eſt, an ſit intra=
re facilius, quàm difficilius exire:
ita ſemper ſuperat, quod in ea com
mendari poſſit: ſed nos e plurimis
pauca admodum ſine ullis lenoci=
nijs, leporiſq́ Attici cōdimētis, ille=

cebris, ſermonis fucis deſcribere decreuimus. Rem igitũ aggredi neceſſe eſt, ne per Dodoneas ſyluas Lebethes Iouis Apollinis quærẽs diuagatus uidear. Vnde mihi à cæleſti, & diuina Philoſophia exorſuro, pulſis ignorantiæ nebulis cæleſtia quæq; adeſte. Nõ eñ de aſini umbra, aut de Sulphurato ramẽto ſiue Plautino ſticho deſcriptionẽ facturi ſumus: ſed de chariſſima maximi dei filia (quã græci Sophiã uocãt) per quã cæleſti dei gratia, uelut ros ĩ terrã, uel ut aureus imber fabuloſus in Danaẽ, ſũmo Chriſti beneficio, in hominem elapſa, ita ex uirtute omnino uiuere docemur: qui (ut Plotinus docuit finis Philoſophiæ eſt) ut ꝑ puritatẽ ĩtellectus ſummũ bonũ cupiẽtes, ipſum deũ quærere, noſſe, & colere non ceſſe-
2. Cori. 1. mus, eiq; adhærentes, uno ſpiritu ſimiles, licet nõ idẽ, quod Plato cen-

ſuit quodam modo efficiamur. In hoc enim maximi opificis artificiũ admirãdũ, quod ipſe qui ſui contẽplatione facit omnia, facta ita prouocet a ſeſe pro uiribus imitandũ, ut per hanc diuinam & eccleſiaſticam Philoſophíam mortalium rerum amorem extenuantes & flagitia quæque uelut erebi portas deuiantes, ad ſuperiora contemplanda ducamur. Huic deniq; Philoſophiæ diuinæ, quæ unum eſſe deũ, & illum ſolum præ ceteris diligere, coliq; oportere docet Philoſophiam eccleſiaſticã, ab eodem autore Spiritu diuino in orthodoxorum patrum mẽtibus infuſam, coniungendã eſſe duximus: ut qui nullus recte deum colere, Chriſto obedire, in proximi dilectione uiuere poſſit, niſi eccleſiaſticam diſciplinam, uelut aſſeclam indiuiduis nexibus diuinæ Philoſohiæ cohæ- 1. Petr. 2.

rentē, comitem, habeat. Quapro-
2. Pet. 1. pter cum inſeparabili Spiritus dei,
quo ſpirati locuti ſunt hoīes, uni-
tate indiſſolubili Chriſtianæ cha-
ritatis uinculo, conformi unius dei
fide, religione, doctrina, has philo-
ſophias cōnexas uiderem: me fœdi
fragi ſcelere reprehenſum iri ueri-
tus ſum, ſi eas in unius, atq; humi-
lis, etiā exigui encomij deſcriptio-
ne diſiungerem: quoniam nulli ho
Mar. 10. minū ſeparare licet, quas qui fecit,
utraq; unum cōiunxit. Hæc enim
Epheſ. 2. eſt eadem ſcientia, in qua Chriſtia-
nos eſſe perfectos in eodem ſenſu,
1. Cor. 1. ne ſint ī nobis ſchiſmata, idipſum
omnes dicentes, per ſacratiſſimum
Chriſti nomē nos Apoſtolus obte-
ſtatur: cuius ſcientiæ unitatem bre
uiter circumſcribo, ut neq; diuiua
Philoſophia ſine eccleſiaſtica ſuſci-
pienda ſit, nec eccleſiaſtica, ſine di-
diuiua probādaPhiloſophia. Quā

unitatem firmiter tenere,& uindicare debere docemur,ut in Chriſto &unitate eccleſiæ ipſius in uno corpore,in uno ſpititu,in una uocationis ſpe,in uno domino, ī una fide, in uno baptiſmate,in unius dei cōfeſſione iugiter manere poſſimus ſatagentes ſeruare unitatem ſpiritus in uinculo pacis, quam intringere nitūtur q alterutrā ſuſcipiūt, uitam deuiam maximis erroribus, plurimiſq́ uoluptatibus refertam ſequentes:quoniam in ijs duabus ſimul cōnexis,& uiua fides,&uera religio,& officium uirtutis,& ueritas omnis, & perfecta ſapientia ſecum trahens omnia bona induduntur.Ad hanc igitur diuinā & eccleſiaſticam Philoſophiā, ſupra Salomonis gloriā, & ſapientiā admirandā accedamus:per quam reges regnant, principes & potentes iuſtitiæ temonē moderātur. Quæ

Ephe.4. Phili. 4. Canti. 7. Sap .17. Eccl.24.

cum Deo machinæ orbis opificæ eam ab initio uiarũ ſuarum poſſi-
Eccl. 24. dẽs, erat cuncta componens, quam hortus concluſus, fons ſignatus, pu
Canti. 3. teus aquæ uiuæ, ex quo limpidiſſima ſalutis hauriuntur flumina deſignant, in qua quæcunq; ſunt ue-
Phili. 4. ra, quæcunq; pudica, quæcunq; iuſta, quæcunq; ſancta, quæcunq; amabilis, quæcũq; bonæ famæ cõtinentur. Siqua uirtus, ſiqua laus diſciplinæ, ſi quæ boni & æqui leges, ſiqua Philoſophiæ & reliquarum artium digna ſcitu doctrina, hæc omnia amplexatur & tenet: in qua omni dictu prona ſunt, auditu ſuauia, facilia intellectu, honeſta ſuſceptu, quæ & uetuſtate mundũ præiuit, & utilitate longe reliquas diſciplinas antecellit: ex quibus laudandi rationem ſuſceperunt, qui cæterarum artiũ encomia cecinere. Quãdoquidẽ quæ à multis ſe-

culis tradita fuere, cũ honeſtate &
utilitate cõiũcta ueriſimilimũ eſt.
Quæ cum ita ſint nemo, uel talpa
cæcior, nõ uidet, hãc Chriſtianam
Philoſophiam, ex ſacris, & eccleſia
ſticis ſcripturis (uelut lura ex Lacæ
demoniorum, & Athenienſium le-
gibus cõgeſtam) Muſarum omniũ
quas coluit hactenus mortaliũ ge-
nus modis, dictiſq; omnibus præ-
ſtãtiſſimã. Nã ſi de antiqtate cõten
datur, prior omnium eſt ſapientia
creata, & intellectus prudentiæ ab
æuo, & priuſquàm de reliquis di-
ſciplinis, nec cogitatio quidẽ inter
homines eſſet ulla, hæc ab initio &
ante ſecula ſe genitam teſtatur: &
quoad utilitatem, & cum honeſta
te coniunctam opulentiam attinet,
quid ſapientia locupletius? quæ eccle. I.
omnia operatur, & melior eſt cũ- Eccl. 24.
ctis opibus, in cuius comparatione Prou. 7.
omne aurum arena eſt exigua, &

tanq̃ lutum exiſtimabitur argen-
Sapiē. 7. tum in conſpectu illius. Cōſtat de-
niq; illā maxime utilem, & neceſ-
ſariam, quod ea fidei ac ſpei noſtrę
retinaculum ſit, dux, magiſtra, fo-
Pſal. 113. mes, & nutrimentum animæ, the-
ſauriq; in agro reconditi ſupra mil
lia auri & argenti optimi diſtribu
trix, quæ facit nos delitijs, & opi
Colo. 2. bus regis immortalis abundare, &
inſtructos in charitate, in omnes di
uitias plenitudinis intellectus in
agnitione myſterij Dei patris, &
Colo. 3. Chriſti Ieſu in quo ſunt omnes the
ſauri ſapientiæ, & ſcientiæ abſcon
diti ad regna cæleſtia, & diuina
præmia peruenire. Vnde hoc unū
eſt ſapientis, & iuſti & ueri Chri-
ſtiani opus diuitias animi in hac
ſola ſapientia collocare: qua pro-
fecto q caret, licet Crœſum aut Craſ
ſum opibus ſuperet, hic paup, hic
mendicus, hic nudus putandus eſt.

Dãda eſt igitur opa, ut huius diui
næ, & eccleſiaſticæ Philoſophiæ
indumẽto uelemur, quo nos exuat
nemo, quod nobis ſempiternũ præ
bebit ornatum. Reliquæ uero cũ
hac Philoſophia non coniunctæ
cauſæ alia hominibus cõmoda nõ
afferunt, ꝙ interituras quaſdã mo
mẽtaneas delicias ac euaneſcẽtes in
ſtar fumi illecebras, quas opes, ho-
nores, & fortunas dicimus; quæ cũ
uana caducaq́ ſint, nec animũ ma-
gis felicem reddunt, quam laruæ
ſimulacra homines faciunt, cum
nihil boni præter inanem ſpeciem,
& fugitiuam umbram habeant.
At cauendum eſt, ne quod pleriq́
faciunt rei utilitatem & fructum
ex ſpecie eiuſdem dimetiamur,
idemq́ nobis eueniat, quod cani
Eſopico, qui umbrã carniũ, quod
ea maior appareret, captans ueras
amiſit carnes: Proinde fallentia fu-

gienda, ut uera aſſequamur, fragi-
lia cōtēnenda, ut ſolida teneamus,
ſpernēda terrena, ut cæleſtia capia
mus, tēporalia ita amanda, ne eter-
na admittamus. Ad hanc igitur cō
ſtantem, perpetuam, cæleſtem, di-
uinarum & humanarū rerum ue-
ram ſapientiam properemus, quæ
Epheſ. 2. non in incerto diuitiarum ſperādū
docet, ſed in deo uero, qui preſtat
nobis omnia abunde ad fruendū,
1. Tim. 6. bene agere, diuites fieri, in bonis
operibus, facile tribuere, communi
care, theſauriſare fundamentū bo-
num in futurum ut apprehenda-
mus uitā, & ueras diuitias gloriæ,
& bonitatis eius. Hæc em̄ eſt uera
diſciplina, quæ ſanctiſſimos ex im-
pijs, optimos ex perditis, integerri-
mos ex corruptis, & ex ferocibus
manſuetos & humiles facit. Quid
enim, ne altius petamus exēplū, cru
delius Athila honorū rege, uel bar

baro Gothorũ populo, uel Vuan
dalorũ gente ferocius: quos uene-
randi huius ſapientiæ eccleſiaſtes
humiles, ſuaues, mitiſſimosq́ per
hanc effecerũt Philoſophiam: qua
utiq; nihil ſuauius, nihil dulcius, Sapi. 7.
nihil pulchrius, nihil maius, nihil
aptius, nihil utilius, nihil deniq; in
omni orbis machina dignius com-
putare debemus. Eſt enim in illa
ſpiritus intelligentiæ ſanctus, uni-
cus, multiplex, ſubtilis, diſcretus,
nobilis, incoinquinatus, certus,
ſuauis, amans bonum, acutus, qui
nihil uetat bene facere, humanus,
benignus, ſtabilis, certus, ſecu-
rus, omnem habens uirtutem, om-
nia proſpiciens, in quo infinitus
theſaurus: quo qui uſi ſunt partici Sapi. 7.
pes facti ſunt amicitiæ dei, propter
diſcipline dona cõmendati. Agno-
ſcamus itaq;, Lectores beneuoli, ſa
lutarẽ doctrinã, quæ peccatoribus

ſubdictis uiam uirtutis aperit, quæ terreſtribus, & caducis cælos apertos oſtendit, quæ in umbra mortis
Lucæ. 1. ſedentibus lumen immortalitatis porrigit, quæ cæleſtibus dilecta, terris neceſſaria, diuitibus apta, miſeris utilis, omnibus grata, Reipublicæ Chriſtianæ cõſeruatrix, ueritatis, uirtutiſq; magiſtra, honeſti & decori nutrix, qua lętãtur boni, ſubleuantur abiecti, moderantur iuuenes, conſolantur ſenes, quæ ut uno uerbo dicam, omniũ bonorũ parens exiſtit. Verum quoniã nihil nõ parum grate ſine comparatione laudatur, citarem hic alienorum ab hac Philoſophia profeſſorum impietates, ſæuitias, improbitates, ſpurcitias, libidines, procacitates, rapinas, proditiones, uafricias, dolos, præſtigias, pecudũ, nõ
Roma. 1. gentium, ferarũ, nõ hominũ ritus & mores, qui hanc diuinã & eccleſiaſticam

ſiaſticam doctrinã reſpuentes, euanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens cor eorũ: dicẽtes ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſũt. Et, ſicut æquũ eſſet, huius Philoſophiæ ſectatorum fidẽ, iuſtitiã, ſapientiam, religionem, pietatem, pudicitiam, fortitudinem, patientiam, humanitatẽ, amicitiam, ac errorum uoluptatumq́ contemptũ enarrarem, ut iſtius ſapientiæ dignitas, neceſſitas utilitas, amplitudoq́ omnibus appareret, niſi me longum Catalogum, & Calendarium recenſere uiderẽ, & tam multis huic orationi locũ nõ eſſe: non alijs tñ quam aut ab alterum moræ cæcutientibus uidere licet, quã ſancta, pia, iuſtæq́ ſunt diuinæ, & eccleſiaſticæ Philoſophiæ inſtitutarũ, quæ homicidia, periuria, furta, adulteria, mendacia, ac omnia deniq́ mala introducta ſunt, qui- Roma. 1.

bus ſublatis, nec uera in deũ, & parentes religio, nec ulla reſpublica bene inſtituta, nec ullus animarum ad æthera aſcẽſus, nec uirtus ſalua, nec boni deniq; quippiam ĩ rebus humanis eſſe poteſt. Quid igitur, Lectores amantiſſimi, potiſſimum referam, quid ue dicã? ſic in hãc diuinam, & eccleſiaſticam ſapiẽtiam cõueniẽtibus titulis dignitatis turbatur animus, deducitur ſenſus, & ipſo ornatu nitentis eloquij impar ſermo euaneſcit: quæ deſcriptio, quis Panegyricus, quæ litera, quod encomium, quæ dicẽdi copia, quæ oratoris uires tantæ ſapientiæ cõmendationem capient? Cum nulla uel eſſe, uel inueniri poſſit, laudis demonſtratiua oratio, qua nõ amplior ſit huius Philoſophiæ digni-

Rom. 11. tas? O igitur diuitiarum altitudo, ſapiẽtiæ, & ſciẽtiæ dei, o pulcherrimum Chriſtianorũ decus, o ſingu-

ſare uniuerſorum fidelium præſi-
dium, o egregia dilectiõis corona,
o indubitatum ſperantiũ auxiliũ,
o ſaluberrima noſtrarum medici-
na infirmitatum, o uera non Phi-
loſophia ſolum, ſed phalangis pio
rum uita beata, uita felix, uita ppe-
tua, quæ profeſſores ſuos cæleſtiũ
amore ardere facit, quoſcunq; aſpe
xerit, & quæ diuinis, & eccleſiaſti-
cis ſuis eloquijs, omnes Chriſtico-
las fouet, tuetur, regit & cõſeruat.
Per hãc enim ad ſummum bonũ,
rerumq; omniũ finem, ad quẽ om-
nia (Cicerone teſte) referri debent,
peruenitur: ueraq; dei uolũtas, do-
ctrina, atq; religio dignoſcuntur,
quæ abſcondita ſunt ſapientibus,
& prudentibus, & antiquis ua- Matt. 11.
næ ſophiæ ſtultæ, & mundanæ 1. Cori. 1.
ſapientiæ inquiſitoribus, qui licet
ſubtiliſſimis cõiecturis intuiti ſint
rerum eſſentiam, elementorum effe

ctus,uocum harmoniā,orbis dimē
tionē,planetarum motus,& nume
Roma.1. rorum rationem, & quandam dei
prouidentiam p̱ ea quæ facta ſunt
intellectu dignoſcent, nō tamē ad
plenā unius dei in trinitate cogni-
tionem deuenerūt: quia ueritas ſi-
ue arcanū ſummi dei, qui fecit om
nia,ingenio humano ac proprijs
ſenſibus ſiue apprehēdi nō poteſt,
nec potuit humani faſtus ſupereſ-
ſentialis naturæ altitudinē cogno-
ſcere: qm̄ nemo nouit patrem niſi
Matt. 11. filius:&cui uoluerit filius reuelare:
quare ubi ad diuinitatis & beatitu
dinis animæ profunditatē deuētū
eſt,omnia humana colligauit ſub-
tilitas,nec uoluit infidelitas tantæ
profectiōi appropinquaret, quam
doctus Plato neſciuit, & eloquens
Demoſthenes ignorauit. Hæc tamē
diuina,& eccleſiaſtica Philoſophia
ueram unius dei cogitionē demon

ſtrat, ſacratiſſima noſtrę ſalutis myſteria pandit, occulta felicitatis piorum animorũ ſacramenta indicat, reuelat ignota; hebetat acutos, & pſpicaces cõfutat, & infima huius mũdi capit ut fortiſſima quæq; cõfundat, & quod ad Ethicã, & politicam Philoſophiã attinet, quam ſummis eſſe exornandã laudibus nemo ambigit, quę uirtutes animi, & uitia mira naturæ ſagacitate diſcutit, quæ fulgere ſignati luminis ſuper nos ducta regna, ciuitates, domos, familias, homines ad humanã conuiuentiũ ſeruandã ſocietatem dirigit, ego profectò utilẽ & neceſſariã eſſe cognitu non nego: cui tñ Philoſophiæ noſtræ ſcientiã optima quæq; ex his cõplectentem magno ſpatio prætulerim. Compertũ eẽ eſt uirtutes omnes, uel exceſſu, uel defectu à recta ſtatiõe ſublabi, & obliquari, niſi Philoſophiæ di-

1. Cori. 1.

uinæ, & eccleſiaſticæ dexteritate, ſuffultæ fuerint: quæ lõge præſtã tioribus, & ſtabilioribus documẽtis dei cognitionẽ hominis in Chriſto ſalutem, & diuini flaminis gratiã demonſtrat, uirtutes ſectandas docet, cõuitia fugiẽda, iubet: & ad dei honorem, ad iuſtitiã, ad honeſtatẽ, ad ueræ felicitatis fruitionẽ, oĩa dirigit, & ꝓmouet. Et ſtudioſum ſui fidelem, religioſum, incor-
Cant. 4. ruptum, inexpugnabilem, decorũ, prudentẽ, & quadã ſapiẽtiæ (ut ita
Canti. 7. dixerim) maieſtate uenerandũ reddit. O igitur ſancta, o omnium excellẽs rerum Philoſophia; tota pulchra, tota precioſa, tota cãdida, ſub cuius labijs, ore, lingua, mella diſtillant, tuoq; odore uel ipſa aromata ſuperantur, tuæq; poteſtati aduerſa ſuccumbunt, læta proueniũt, parẽt tartara, deuincitur pœna, mors ſubigitur, uita ꝓfertur, & infeſtã-

tia inimici repugnantia arma reſol
uuntur. Hæc em̃ eſt diuina doctri-
na; quæ cum dei gratia iuncta ui-
uam fidem, qnæ nos deo commen-
dat, ſeruat & tuetur; & uerã ſpem,
quæ neminem cõfundit cõſeruat;
& ardentem in deum, & proximũ
charitatẽ, quæ omnia ſuperat, nu-
trit, irã tẽperat, linguã fręnat, mẽ-
tem gubernat, mediocrum mode-
ſtiã tenet; coercet potẽtiam diuitũ,
inopiã pauperũ refouet; quæ tẽta-
tiones expugnãdas, iniurias feren-
das, perſecutiones tolerãdas docet,
in aduerſis fortes, in proſperis hu-
miles, in contumelioſis mites eſſe
præcipit: delinquentibus cito igno
ſcere, quos offendiſti reconcilia-
re, in caput inimici carbones cõge-
rere imperat, libidinis impetũ fran Rom. 12.
gendum, tumoris uiolẽtiam cõpri-
mendã, ſimultaneã fraudis captio-
nem fugiẽdam iubet, uirtutem co-

lendā,pacem cuſtodiendā,diſcipli-
nam ſeruādā admonet:uirgines ad
integritatē,uiduas ad caſtitatē,ma
trimonio iunctos ad indiuiduā di-
lectionem hortatur, & à mūdi hu-
ius uanitatibus auulſos iugiter in
deo manendū eſſe demonſtrat. Vi-
dere ergo licet admirādam huius
Philoſophiæ cōmendationē,& ex-
cellentiſſimā,& omnibus honoris
titulis decorādam maieſtatē, quæ
cum nō cōmenticijs Minois, & Io-
uis Lycurgi,& Apollinis,Numæ,
& Eggeriæ cōgreſſibus,& oracu-
lis ſit commendata: ſed à certiſſima
ſummi dei ſapiētia emanauerit, ꝓ-
bataq; ſit, pietas exigit ut & dilige
ter cognoſcatur, ꝓ uiribus laudet
& religioſe colat, & tractetur. Nā
ſi communē omnium ſalutē à iuſti
tia humana eſſe petendā Alcynous
Proclus,& Pyndarus ex Tergnidis
prouerbio crediderūt, quid de hac

cæleſti,&(ut uerbo Lactãtij utar) diuina ſuperueniẽtis uirtutis Ieſu Chriſti in ſalutẽ omni credenti, & operanti bonum ſapientia dicẽdũ erit, quæ ne dũ in ciuium diſſiden tiũ lites contenitonesq; dirimẽdas, & per diuagã humanarũ rationũ caterua m circa Penelopis telam te=xendam,& retexendã,& ſedandis deæ Attæ fœdifragis mortaliũ di=ſcordijs(quas Græci Erides appel=lant)uerſatur; ſed in animis puris, ac ſynceris,& immortalibus,ad ſpe ciosam Dei imaginem creatis,afflu entia diuinæ gratiæ,humani gene ris redẽptoris beneficio, ueſte nu=ptiali indutus adducendis, nõ ad Saturni, Veneris, Vitelli, Gallo=nij,Platonicorum, uel Pythagori=corum conuiuia:ſed ad ſummi pa=tris unigeniti chariſſimi regis cæle ſtis,& æterni regni nuptias celebrã das. Nõ ita tamen ſum à ſole auer= Roma.1. Geneſ.2.

ſus, quin iuſtitiã humanã, quæ publica ſuadet, & ſtatuit cõmoda, & cum honeſtate, tantopere ab Homero, Platone, Ariſtotele, Cicerone, Seneca commendata, uiuere docet, noſq; alterum mutua charitate connexum membrum lædere uetat, & quæ pupillo uiduæ, & inopi, peregrino, & incolæ ſuũ cuiq; ius tribuere iubet, ualde utilem, & neceſſariam, ſummiſq; eſſe exornãdam præconijs ingenue, libereq; fatear: Verumtamẽ cũ à Prometheo ſiue humana prouidẽtia, quod Plato, in Prothagora dicit, ſit ꝑducta, & ultra ratiocinatiões ad actiões humanas pertinentes non ꝓcedat, nõ erubeſco huius diuinæ, & eccleſiaſticæ Philoſophiæ inſignem eminẽtiam anteferre; qm̃ quæ de ſurſum eſt ſapiẽtia, primũ quidẽ eſt publica, deinde pacifica, modeſta, ſuaſi-
Iacob. 3. bilis, bonis cõſentiẽs, plena mĩæ, &

fructibus bonis iudicās ſine ſimula
tiõe, ac deniq; ſe totā mortalibus cõ
municās. Nec inter cætera à diuina
origine p Mineruā illā, e ſummi Io
uis cerebro natā, in maximā humā
ni generis utilitatē ꝓducta ſemina
ria ulla reperiri queunt: quæ tā ſua
ues ueri cultus dei, & religionis im
maculatæ fructus quinquageſimos
ſexageſimos, uel centenos ꝓducāt, Matt. 13.
uel quæ pulchriores, flagrātioresq;
ſynceræ, & honeſtæ uitæ flores ger
minēt, uel tutiora īmortalis felici-
tatis, & æternæ beatitudinis itine-
ra demonſtrent: ſed ſicut in agris
priuſquàm ſerere īcipias euulſis ſen
tibus, & inutiliū ſtirpium radici-
bus amputatis, arua purgāda ſunt:
ſic de noſtris animis prius uitia de-
trahēda, & tunc demū uirtutes ſe-
rēdæ de quibus per diuinæ, & ec-
cleſiaſticæ Philoſophiæ culturā,
fruges immortalitatis, & beatitu-

dinis orientur. Ad hanc igitur dignè recipiendam intellectum circundatum uarietatibus uirtutum, niteat ingenium carbũculis flãmeis, & gemnarum ſplẽdoribus, & omnium chariſmatum intrinſecus ſpirent odoramenta, affatim balſami liquor, flagrantia ſua animum imbuat, & abigẽs inde qcquid eſt corruptelæ: ſeminariũ, purum, nitidũ, ornatum, mẽtis tuæ thalamum illi præbeas: qm̃ hominibus eſt, neceſſariũ ſordida peſſimæ uitæ crimina uel excuti, uel euitari: fœdas uoluptatis retibus non implicari, ſolidũ, mitem, ſyncerum, humilẽq;
Matt. 11. uiuendi callem ingredi: alios enim
Rom. 13. prẹter mites, humiles corde, nõ alta ſapientes, ſed humilibus cõſentientes, iugo leui oneratos, ipſi Chriſto ſubiugatos, in charitate fundatos,
1. Cor. 8. radicatos, & ædificatos profeſſo-
Rom. 13. res, quos ſcientia huius mũdi, quæ

eſt ſtultitia apud Deum, in flare nō poteſt. Hæc Philoſophia recuſat, quā nullus niſi innocens manibus & mūdo corde, qui iurat ꝓximo, Pſal. 14.
& non decipit: qui munera ſuper innocentem non cepit, plus aſſequi poterit reprobi eum pro ſapientis ſententia bono intellectu non deco rantur, & malignam animam ſalu bris auerſatur hæc ſapientia: quæ Sapiē. 1.
cum dei ſit donum, fidei uinculū, religionis forma, regula iuſtitiæ, charitatis incitatrix, parens uirtutis, & ruina uitiorū, &, ut cū Salo Prou. 2.
mone loquar, lux mortaliū, & uia uitæ, ad tāta tamꝗ præclara ſtudia, iam optimos, & dilectiſſimos Sapi. 51.
Lectores cohortor, & commoneo: Qm̄ hic eſt finis, quo noſtra tendit oratio, ut cū inclyto Bellerophōte furciferam Preti regis uxorem Stenobeam, erroris & uoluptatis chimeram, fugientes, hanc cæleſtem

profeſſor, hoc tramite, hoc curſu ad finē Philoſophiæ peruenitur: ſed cauendū eſt ne dū ad hæc ſacraria accedis, bone Lector, in latrones, in lacunasue incidas. quod & te facturum minime dubito, ſi uel ad dexteram, uel ad ſiniſtram, à recta, & ſtricta uia, quæ ducit ad uitã, uel ad Arrianos, Altianos, Euuomianos, hoſtes accerrimos diſciplinæ
Num.20 ecclesiaſticæ, à qua uelut arcta religiōis norma nuſquã eſt deflectēdū, uel ad Aſſatos, quos Horatius Epicuri porcos appellat, declinaris: Vnde ne p indirectos Hæreticorū tramites, & deuios anfractus, à lucis, uitæ, ueritatiſꝗ uia, quæ eſt ecclesia dei, nos aberrare cōtingeret: in ea charitatis, pacis, ſanæ doctrinæ, ac ueri ſacramentorū uſus, tria recti itineris, peregrinorū cæleſtem Hieruſalem inquirentium, rectiſſima ſigna ſummus huius Philoſophiæ

phiæ autor, princeps, & caput fi-
xit, ac erexit. Itaq; ſummopere cauẽ
dum, ne extra ſepta egrediamur pe
regrinantium in unitate ueræ, ac ui
uæ fidei, per charitatẽ efficacis qui
ſpiritusſancti ſubminiſtratione in
diuinæ, & eccleſiaſticæ Philoſo- Gala. 3.
phiæ profeſſione, ſecundum ortho
doxam, catholicã, & apoſtolicam
doctrinam, firmiter cohærent, &
iunguntur. Intra hunc igitur ſacrũ
nos cõtineamus piorum conuentũ, Ioan. 10.
ad inſtar ouilis boni Paſtoris co-
adunatum, quẽ Apoſtolus Timo-
theo, ac Tito Epiſcopis præſcribit,
ut norint quomodo oporteat in
domo Dei cõuerſari, quæ eſt eccle- 1. Tim. 1
ſia, collũna & firmamẽtum uerita-
tis, à qua neq; una quidẽ linea diſce
damus, neq; ullo aberremus calcu-
lo. Hæc eſt enim fons ueritatis, hoc
eſt domicilium fidei, hoc templum
Dei, in quod ſi quis nõ intrauerit,

D

uel à quo ſi quis exiuerit, à ſpe uitæ ac ſalutis æternæ alienus eſt. Faceſſcant igitũ Megerica iſta ab hac Philoſophia aliena ingenia, à diris infeẽris ĩ Angelos lucis trãsformata, quę Deum cœlumq́ irritant, corporis
I.Cor II. Chriſti myſtici harmoniã turbant, ipſamq́ Philoſophiã diuinã, & eccleſiaſticã uiolãt, & maximã generis humani partẽ multiplici idololatriæ, & erroris genere refertã ĩ Charontis cymbã, & tartara ditis præcipitẽ mittũt, & ſubmergunt. Hi eñ Philoſophiã eccleſiaſticã reſpuunt, & eccleſiaſticæ Philoſophiæ ꝓfeſſores egregie exibilant, ac explaudũt: quos nõ dubium eſt poſteaq́ Philoſophiã eccleſiaſticam contemnere ceperunt, in breui euangelicã, & diuinã ſpreturos: Sic enim cæci, ſic perditi ſunt multi, ut hiberas nænias catholicis ſcripturis, & uirũ hæreticũ orthodoxo præferãt, du-

bitētq́ Senecam præferre Neroni, & Ganeones hæreſiarchas, aſſentatores, & ſeditionum errorumq́ patronos approbatis uiris anteponunt: & pios illos catholicos patres eruditione ſpectabiles, moribus inſignes, uera fide, & religione conſpicuos, autoritate apoſtolica, pleroſq́ eminentes, atq́ uitæ ſanctimonia, & miraculis claros aſpernari non uerentur, dum quotidie eorum ſcripta laceſſere nõ deſinunt. Si quid uero erroris, ac uafriciarum, doli technarumue in lacunis deprebenderint, pro Chriſtiana mox diſciplina circũferunt, ad hoc præcipue intenti, ut ſacræ ſcripturæ puritatem, quam aſſequi nõlũt, ſuis interpretationibus, uti circum mellis aluearia fuci obuolitantes, contaminent: & quæ ad ſalutem, ad quietem Chriſtianorũ ad eccleſia ſtatuta ſunt, abſcindant,

& corrũpant, & poſteros erroribus implicẽt: Quæ, bone Deus, demẽtia? qs furor falſi Chriſtiani nominis prætextu, eccleſiaſticarũ rerum ſtatũ labefacere, & conuellere? quæ barbaries, q Scithæ, quæ furiæ? ap probatos ritus omnes, e medio tollere uelle? Hos, qs nõ fœdiſſime errare, quis nõ cæteris hæreticis peiores fateatur? q inter Chriſtianos degentes, nec Chriſti, nec ſanctorum, nec eccleſiæ cupiãt obedire decretis: quæ cum cæleſti dei uoce probata
Matt.13. ſint, quæcunq; dixerint uobis facite, par erat & obedire diligẽtius, & obſeruare ſanctius, ſic enim ſe cõtẽni Deus teſtat: qui uos ſpernit, me
Lucæ.10 ſpernit: qui me ſpernit, ſpernit eũ q miſit me, cum eccleſiaſticæ ſanctiones, tantopere nobis commẽdatæ, contemnuntur. O igitur iniquum genus hominum, o deteſtabile, o abominandum ſcelus, peſtem om-

ni morbo pernicioſiorẽ: Eccleſiaſti-
ca illa decreta, ad ſalutẽ, & præſtã-
tiam reipublicæ Chriſtianæ diuini
tus ſpirata uelle ſubuertere: & qui-
bus ſcripturis ſacris, diſciplina ful-
citur eccleſiaſtica earundem colore,
& prætextu tam ſanctam, & pie in
Chriſto uiuere uolentibus neceſſa-
riã doctrinam ſupprimere uelle, di-
gni ꝓfecto nepharij iſti Vuiclei,
Pragẽſes, & Vſſitæ, q̃ à Chriſtiano
rũ cœtu, cuius tranqllitatẽ oderũt,
excludantur, in cymeriasq́ tene-
bras detrudantur: Horũ tamẽ ma
gnas phalanges, & turgidas reperi-
re licet, nõ ut religioni Chriſtianæ
uel reipublicæ bono conſulant, ſed
ut hæreſi inhiãtes, in ſentina errorũ
alios proijciant, & demergant: Vn-
de aduerſus eam peſtem diuinæ, &
& eccleſiaſticæ Philoſophiæ ſtu-
dio mens premunienda eſt, perinde
atq́ aduerſus Circes uenena, Vly-

ſem moly herba Mercurius præmu niuit. Et à profeſſoribus huius Phi loſophiæ ĩ puppi eccleſiæ, hoc pela gus nauigantibus: hæ Homericæ Syrenes euitandæ ſunt, Vlyſſiſq́ exemplum imitandũ, qui ſeſe malo nauis alligauit, ſiue non abſurde
Matt. 8 accommodato Ieſu Chriſto, ambu lanti ſuper aquas, qui fratrũ in na uicula Petri exiſtentium aures cera doctrinæ eccleſiaſticæ repleuit, ne uocum hæreticarũ modulatione ca pti, ceptã eccleſiaſticã nauigationẽ non tenerẽt, ſicut ſcriptũ eſt: ſepiui aures tuas, & noli audire linguam
Eccl. 28 nequã. Vnde uitate quæſo, amãtiſ ſimi Lectores, huiuſmodi homines, & à latere, atq; auribus ueſtris pni cioſa eorũ colloquia arcete, iuxtaq́ Apoſtoli præceptum ſubtraha tis uos ab omni fratre ambulante
2. Theſ. 3 inordinate, & non ſecundum tradi tionem, quam acceperunt, ſermo

enim eorum cerpit ut cancer. Hos igitur iconomaſtiges, & Capharnaitas fugiamns, ne operibus eorū malignis communicemus, nullum eñ ex carbonaria, niſi nigriorē, nec ex farinaria, niſi candidiorem redire poſſe Iſocrates teſtat̃: qui ex ſapiētum congreſſu tyrannos fieri ſapiētes aſſerit. Quapropter te iterū obſecro, atq; obteſtor, Chriſtiane Lector, ut pniciosą eorū euites cōſortia, niſi peſtiferos uelis hr̃e ſocios: 2.Tim.1.

Hic certe hic niger eſt, hūc tu, Romane, caueto.

Malignus eñ comes (ut Seneca cenſuit) alteri quantūuis probo, & honeſto rubiginem ſuã affricuiſſe ſolet. Et eos nedum ſummopere euitãdos Apoſtolus admonet, ſed iubet, quos ſpeciem quidem pietatis habere, Dei autem uirtutem abnegare prædixit, ne ampulloſi lemmatis Euangelici, uel neoterici Chriſtiani nominis prætextus fallat incautos: 2.Theſ.3.

cum nihil minus quàm Chriſtiani
ſint dicendi: Quos illi, bone Deus,
euangelici, indigni nimirum tali
nomine: cum & ijs maxime qui-
bus incũbunt, quos piget, pudetq́;
nominare errorum, ac ſectarũ nu-
mina: qui poſt carnem in concu-
piſcentia immunditiæ ambulant,
dominationemq́; contemnunt, au-
2. Petr. 2. daces, ſibi placentes, ſectas non me-
tuunt introducere, blaſphemantes:
ſed iam coufuſi ſunt, & ſimul abie-
runt in confuſionem, fabricatores
errorũ, qui plurimos tamen hære-
ſum ſequaces reliq̃runt: quos uide-
mus mortiferis erroribus pertinaci-
ter inhærere, inter ſe magna concer
tatione diſſidere: ſecumq́; ipſos ple-
rumq́; diſcordare, omnia in confu,
ſionem dirigendo: manifeſtam lu-
cis, ueritatis, pacis, ac unitatis uiã
eccleſiaſticam relinquere, ut in te-
nebris, erroris, diſſidij, ac diuiſiõis,

cæci, ac debiles iaceant: q à ſyncero ſcripturarũ intellectu, quem apud ſolam eccleſiam eſſe conſtat, relegagati, errorũq; tenebris innutriti, ſiquando de Chriſtiana ueritate cũ eis diſceptatur, nõ aliter, atq; olim in Cebetis tabula uulgus diutino carcere detentum, ad ſacroſancta eccleſiaſticorum ſenſa, tanquam ad lucidam Moyſis faciem, uelum car neum habentes, cæcutiunt erro- 2. Cor. 3. rumq; proluti uolutabro ueriſſimam eccleſiæ interpretationem auerſantur, aſſerentesq; noctem pro die, interitum ꝓ ſalute, deſperationem ſub obtentu ſpei, perfidiã ſub prætextu fidei, errorẽ ſub uocabulo ueritatis, & dum ueriſimilia mẽtiuntur, ueritatem ſubtilitate fruſtrari nituntur: cumq; appropinquaſſe iam lumini uidẽtur, apertis oculis nihil uidentes, in cymerijs er Actu. 9. roris tenebris permanent: cũ iuxta

Sapientis dictum, una cathena tene-
Sapi. 17. brarũ omnes colligati carere luce,
& pati carcerem digni ſint: æquiſ-
ſimum enim eſt lucifugas auroræ
matutinæ, globorumq́ igneorum
claritatem aſpernantes, qui ueræ
eccleſiæ, concordi ſanctorum pa-
trum, & unanimi conſiliorum ſen-
tentia non ducuntur, in denciſſimis
iugiter morari tenebris. Ex ijs ſunt
qui ſacras ſcripturas, Theologicaq́
dogmata, omnibus abſq; delectu
etiam ſine aliqua eccleſiaſtica inter-
pretatione tradi debere contendũt:
Quod ego illis tam facile concedã,
quàm mihi repẽte pſuaſerint uene-
rãdos illos antiſtites Paulum, Dio-
nyſium, Cyprianum, Baſiliũ, Euſe-
bium, Hilarium, Cirillum, Hiero-
nymum, Ambroſium, Auguſtinũ
Gregoriũ, ac reliquos diuinę, & ec
cleſiaſticæ Philoſophiæ præcipuos
aſſertores, penitus indoctos & igna

ros ſcripturæ fuiſſe: In qua ſunt ple
raq; difficilia, quæ iuxta diui Petri 2.Petr. 3.
ꝓphetiã indocti, & inſtabiles de-
prauant, ad ſuam ipſarum perditio
nem: Quid autem uſq; adeo fixum,
ratumq; eſſe poteſt, ut nõ hæc indo
cta plebs, quę præter id quod facit,
nil rectũ putat? & Cerdones, Leno
nes, Ganeones, Nebulones, facile
cõtemnerẽt, & ad extremum flocci-
penderẽt. Neq; enim ullus Euripus
tam uarios habet fluctus, quàm ua
rij plebis motus ſunt. Hanc tamen
Cathafrigiorum ſententiam, ſi ad-
eſſet delira anus Calfurnia nudatis,
ut fert, cruribus, cõtumaci mẽte ꝓ
uiribus defenderet, & tutaretur: Id
quod ſi non coerceat tandẽ in dies
nobis Coriarij, Piſtores, Artoco-
pi, Sarctores, Laniones, Tinctores,
Sutoreſq; ipſi etiam dũ crepidas cõ
ſuunt, & calceos forma cõcinnant,
nouam theologiam dabunt, & à

præteritis ſeculis ſcripturarum trāſ
lationem receptam abrogare aude-
bunt. Et ſunt iam permulti ſuperbi
2. Tim. 6 nihil ſcientes, ſed languentes circa
quæſtiones, & pugnas uerborum,
qui grandia uerba trutinantes, in-
ter garrulas mulierculas laborant
ſacra ſcripta inuertere, diſtorque-
re, contorquere, corrūpere, uim an-
tiquæ tranſlationi inferre, uerborū
aucupia, ſyllabarum tendiculas, li-
terarum decipulas cōminiſci, ut no
uam ſibi doctrinam, ſine ulla radi-
ce, ac ſtabilitate componant: nihil
deniq; nō innouare in animum in-
ducunt, propagandi erroris ſui cau
ſa. Nam quod adhuc fecerunt, fa-
ciuntq; recentiorum hæreticorum
permulti, quid aliud eſt, quàm ſcri
pturam ſacram calūniari, & uelut
harpiæ omnia ſuo contactu fœda-
re uelle? Hi ſunt fontes ſine aqua,
& nebulæ turbinibus exagitatæ,

quibus caligo tenebrarum reſerua-
tur. Hi uelut inanes paleæ tẽpeſta- 2. Petr. 2.
te iactantur, & tanquam inualidæ
arbores turbinis incurſiõe euertun
tur, qui ſupbã uanitatis loquẽtes,
in errore conuerſantur, libertatem
aliјs promittentes, cum ipſi ſint ſer
ui corruptiõis. Alios deniq; habet
hæc ſapiẽtia aduerſarios, q in ipſo
bonarum artium, morumq; hone-
ſtorũ cõteptu, & in euertãdã uni-
uerſa diuinæ, & eccleſiaſticæ Phi-
loſophiæ doctrina, pietatem collo-
cant: quorum actus, & opera demõ
ſtrãt eos uel Atheos eſſe, uel Epicu
reos, ut pote qui exiſtiment nulli
Deo nos eſſe curæ, uel poſt mortẽ
nihil nos eſſe futuros: unde ſe totos
libidinibus addicunt, & capien-
dis uoluptatibus penitus incum-
bunt, per quas imprudentes in la-
queos mortis incurrũt, quos Sapiẽs
introduxit dicentes: uenite ergo &

fruamur bonis, quæ ſunt: & utamur
Sapiẽ. 7. creatura, tanquam in iunẽtute, celeriter uino precioſo, & unguẽtis nos impleamus, & nõ prætereat nos flos temporis, coronemus nos roſis antequàm marceſcant, nullũ pratum ſit, quod non pertranſeat luxuria noſtra, nemo exors ſit luxuriæ noſtræ, ubiq; relinquamus ſigna lætitiæ: quoniam hæc eſt pars
Sapiẽ. 2. noſtra, & ſors eorum, quos uidemus nihil ſapere niſi terrã, bonaq; & mala ſolius corporis ſenſu, & uoluptate perpendere, pro cuius arbitrio ut religionem, ſic totius uitæ ſuæ acta diſponũt. Et quoniam ſe ſemel à diuina, & eccleſiaſtica de ſurſum deſcẽdente à patre luminũ ſapientia auerterunt, & animum
Iacob. 3. terrenæ animali, & diabolicæ Philoſophiæ, & uoluptatibus mancipauerunt, libidinibus fræna laxãt, tanquàm ſecum ablaturi uolupta-

tem, quam momentis omnibus cã-
pere feſtinant: Cui ſic addicti, & ſer
uientes, uim, uigoremq́ꝫ mentis ex-
tingunt, & cum uiuere ſe maxime
putant, ad mortem concitatiſſime
properant, qui (diuo Petro teſte) ue 2. Petr. 2.
lut irrationabilia pecora naturali-
ter in captionem, & in perniciem, in
his, quæ ignorãt blaſphemãtes, in
corruptione ſua peribunt, percipiẽ
tes mercedem iniuſtitiæ, uolupta-
tes exiſtimãtes diei delitias, coinqui
nationes & maculæ delitijs effluen
tes, in conuiuijs luxuriantes, oculos
habẽtes plenos mœchationibus, &
inceſſabilibus delictis, alioqn ſcor-
tis, poculis, adulterijs, comeſſationi
bus, taxillis, aleis, alijſq́ꝫ ludis, & uo
luptatum lenocinijs, prorſus illa-
queati: qui uirtutis, & eruditionis
precioſiſſimas opes, ſolis obeũt ocu
lis, ubi uel uirtutis miniſtrum labo
rem Sardanapali ſues recuſant, uel

ipſum ſapiẽtiæ,& doctrinæ nomẽ tanquam Epheſi, eius qui Dianæ templum incenderat,abhorrent,ue luti ſibi,ſuiſq; opibus ignominioſum in quibus ſummũ bonum col locant:quas ſi licitis modis aſſequi nequeãt,malis aſſequũtur:fraudãt, rapiũt,ſpoliant,inſidiantur,nihilq; moderati, aut penſi babent, dummodo auro,argento,gemmis,ueſti buſq; precioſis fulgeãt, auidiſſimo uentri opes ingerant,ſtipatis famiIiarum gregibus in publicum ince dãt,qui corrupti,& abominabiles facti ſunt,in iniqtatibus ſuis, quorum os maledictione,& amaritudi ne plenum eſt,& ueloces pedes eo-
Pſal.51. rum ad effundendum ſanguinem. Ab his ergo diſcedamus,quos à pe cudibus, ac belluis, nõ ſentẽtia,ſed lingua diſcernit,qui lutulẽtos ſues
Pſal.13. imitantes,nuſquã in cælũ aſpiciũt: ſed in terra toto & corpore, & ore proiecti,

proiecti,uentri ſemper, & pabulo ſeruiunt, qui nec ullum rebus humanis dum uiuunt, præſtãt uſum uel emolumentum,ut qui ad omne bonum opus inutiles facti ſint, & ad ſolam mortẽ,qua qui talia agũt Roma. I. dignos ſe reddunt, nutriũtur. Fugiamus igitur obſcœnos iſtos canes Cyrenaicos,atrociſſimos huius diuinæ, & eccleſiaſticæ Philoſophiæ hoſtes,quorum peſſima conuerſatio errores pullulat, uitia imitanda præbet, abuſus cõcipit,eccleſiæ uituperium nutrit,hæreſes,cõcitat,hypocriſim paſcit, porrigit faſtum,ſuperſtitionem inſtruit, confuſionem ædificat,laſciuiam fouet, irã theſauriſat, criminationes exagerat,accuſationes inflammat,petulantiam exaltat,uirtutes deijcit, & catheruatim in faſcem glomerans mala plurimos in perditionem, & gehennam ignis traducit. Itaq; qui

E

huic ſapientiæ ſtudent, abijciant mortiferas,ac noxias uoluptates,ne blandimentis & ſuauitatibus earũ capti,falſa ueris,breuia æternis,peſſima optimis præferẽtes,in ditionẽ inimici redigantur,cuius uelle hoc unum eſt,diuinam Philoſophiam expugnare,eccleſiaſticamq́ ab omnibus excludere.
Roma.13 Abijciamus ergo opera tenebrarũ,& ſicut in die honeſte ambulemus, non in comeſſationibus,& ebrietatibus,non in cubilibus,& impudicitijs,non in contentiõe,& æmulatione,ſed Chriſti,& eius eccleſiæ doctrinã capiamus, quam ſi aduerſarij Epicurei porci aſſumerent,inprimis uiuam fidem, & ueram religionem tenerent, & uirtutẽ, & iuſtitiã ſequerentur,illecebriſq́ uoluptatibus aĩas ſuas non ſubſternerent,& ſapiẽtiã Chriſtianam intelligerẽt, quam ne e ueſtibulo quidem ſalutarunt, nec mirũ

quandoquidem in aphrodiſijs, patinis, popinis, ludis, ſcortorum cubiculis, in alijſq; uoluptatum illecebris capiẽdis iugiter uerſantur, qui delitijs quã literis addictiores, prorſus deſides, uani, marcidi, otioſi, omnes uirtutis, & ueræ eruditionis præceptiones paruipendunt, quod ſtultiſſimum ſane eſt iudicium, & inſignis ſocordia: inde ſcandala oriri, immanes errores foueri, & infinitos abuſus progredi uidemus: hinc pauperũ pecuniã lenonibus, popinarijs, ſcortatoribus, ioculatoribus equorum, auium, & canum mancipijs, nequiter ꝓfundi cernimus: hinc publica, ſacraq; ſtipendia plerunq; in uenatorũ, ſcurrarum, ganeonum, meretricum, ineptorumq; hominum phalanges alendas, & lineas, ſericeas, coccineas, bõbicinas ueſtes emendas, pellicibuſq; capitia, pulchraq; monilia comparanda

per quoſdã luxu, pompaq́ꝫ æthni-
cos ſatrapas repræſentantes conſu
Rom.16 muntur, quorum pauimenta uino
natant, madent parietes, qui domi-
no noſtro non ſeruiunt, ſed ſuo uẽ-
tri, ut qui crapula, & ebrietate aſſi-
due fument, eſtuent, & ſudent, qui
licet deum uoce cõfiteantur, factis
1.ad thi.1 tamẽ negant, cum ſint abominati,
incredibiles, ad omne opus bonũ
reprobi: quorum cubicula ſpurca
illicitas ollent ueneres: quos Anthi
ſtenis Cynici, uel Ariſtippi Cirena-
ici ſequaces reperies, ut q tumidis
inflatis oculis, ore, uultu, geſtu, ĩceſ
ſu, habitu, diſtorquentur, & per
2.Petr.2. omnes impudentiæ modos, uelut
ſues lutulenti in uolutabro luti uo
luptuantur, & ſicut non probaue-
Roma.2. runt deum habere in notitia tradi-
dit illos deus in reprobum ſenſum,
ut faciant ea quæ non conueniunt
repletos omni iniquitate, malitia,

fornicatione, auaritia, nequitia, ple
nos inuidia, homicidio, cõtentiõe,
dolo, malignitate, ſuſurrones, de= Roma. I.
tractores, Deo odibiles, cõtumelio
ſos, ſuperbos, elatos, inuentores ma
lorum, parentibus inobediẽtes, &
inſipientes. q cõculcatis diuinæ, &
eccleſiaſticæ Philoſophiæ legibus,
diuina, & publica miniſteria, perſy
moniã plerũq;, & manifeſtũ ambi
tũ inuadũt, quorũ uiuẽdi formã, &
mores ex diametro diuinis, & cano
nicis ſanctionibus repugnare uide=
mus: Et licet nulla doctina uel uir=
tute alia præſignes ſint, quàm inſo=
lentia, & quidem luculentiſſima,
optimos tamen ſe iudicant, modo
exquiſitis ludis, opiparis epulis,
& ĩpudẽtibus ſcortis ſua decorarĩt
miniſteria, & multi ſequuntur eo=
rum luxurias, per quos uia uerita= 2. Petr. 2.
tis blaſphematur, O cæcas hominũ
mentes, o pectora cæca ſui exitij cõ=

E iij

ſcia. Vere eñ cæci ſunt, q cæleſtia non uidentes, & tenebris ignorantiæ circunfuſi, animam uoluptatibus, & illecebris ſuauibus mancipatam morte afficiunt ſempiterna. Vnde neceſſariũ puto admonere Lectores, ne gradiantur de cætero, ſicut & illi ambulant, in uanitate

Ephe. 4. ſenſus ſui, obſcuratum habẽtes intellectum, alienati à uita Dei, per ignorantiã, quæ eſt in illis propter cæcitatem cordis ipſorũ, qui deſperantes ſemetipſos tradiderunt impudicitiæ, in operationem immunditiæ, q libidinũ ſtimulis incitati, ambitione, & amore potentiæ inflati, auaritia opum inexplebili inflammati, à uitijs & cupiditatibus terrenis, quæ ſenſus hominum grauant, imbecillesq́ reddunt, trahuntur: Et ſcientes malis ſuis fauent, & diuinæ, & eccleſiaſticæ Philoſophiæ relinquunt uiam, quæ fugiẽ-

tibus illecebras uoluptatum, & ſo-
li uirtuti ſeruiētibus ad beatitudi-
nem patefacta eſt. De cætero igitur
planū, lucidum, amœnumq́; uirtu
tis iter teneamus, à quo inani uolu-
ptatis ſpecie ſeducti deflectētes, pri
mo aditu iucundum uitiorum tra
mitem ingrediūtur, in quem cum
paulo ulterius proceſſerint, iucun-
ditatis ſpecies repente ſubducetur,
in flagitiorum autem intrabunt
uiam præcipitem, nunc ſaxis aſpe-
ram, nunc obductam ſentibus, nūc
torrentibus, & gurgitibus repletā,
in qua laborare, hærere, labi, cade-
req́; neceſſum eſt. Ab hac igitur uia
mala prohibeamus pedes noſtros,
uiam iniquitatis declinemus, uiam Pſal. 51.
ueritatis eligamus, & ſemitam mā-
datorum, & iuſtificationum domi
ni exquiramus ſemper. Huc ergo
nos omnes, quibus eſt cura ſapien-
tiæ conferamus. Reliqui uero uitio

rum aucupes, & uoluptatum gur-
gites, ad hæc ſacraria iuxta Liſiæ
Pithagorici ad Iparchum ſcriben-
tis ſententiam non accedant: quo-
niam qui uentri, qui luxui dediti
ſunt, qui uoluptatibus inſeruiunt,
eos æquiſſimũ eſt in ꝑpetuis obli-
uionis ignorantiæq́ꝫ tenebris per-
manere quod & Stygius palus, (de
cãtatuſq́ꝫ poetis abyſſus ſignificãt.
Hæc em̃ Philoſophia uelut precio
Matt. 13. ſa marguarita cuius cõparãdæ gra
tia omnia uænũdanda ſunt, fœdis
porcorum Epicuri uolutationibus
immiſceri recuſat: unde huius Phi-
loſophiæ ꝓfeſſores Dominus ad-
monet dicens: Ne dederitis ſanctũ
canibus, neq́ꝫ miſeritis marguaritas
Matt. 7. ueſtras ante porcos, ne conculcent
ea pedibus, & conuerſi elidant uos:
Sed de his plus ſatis. Nõ enim hic
ſatyram ſcribere, ſed pleroſq́ꝫ à di-
uina, & eccleſiaſtica deuiantes Phi-

loſophia ad ueritatis,& ueræ reli-
gionis uiam eccleſiaſticam tenen-
dam commonere decreui. In obſcœ
nos tamẽ canes Cyrenaicos inſignes
bonorum publicorum, & eccleſia
ſticorum ſubreptores, & diſcipato
res, quo diutius pios, probos, catho
licos, & orthodoxos huius ſapi-
entiæ profeſſores, eorum faſtum,
hypocriſim, laſciuiam, ſuperſtitio
nem, auaritiam, inertiam, & igno-
rantiam, tanquam cum Chriſti, &
eccleſiæ doctrina pugnantia, corri-
genda admonentes profligarunt,
eo longius, & uehementiori dicẽdi
ſtylo exclamarem, niſi deceret nos
laconiſum facere breuiuſculum, &
oratiõi colophonẽ imponere: Hęc
tamen neceſſario corrigenda ſunt,
in his maxime, qui ſacrominiſterio
funguntur, ne relictis rebus eccleſia
ſticis, ſecularibus negotijs & rebus 2. Thi. 2.
prophanis ſe addicent, multomi-

nus ne iuueniliter laſciuiendo uolu
ptati, & leuitati indulgeant, multo
uero minime, ne ſacroſancta eccle-
ſiæ ſacramenta, diuinæ, & eccleſia-
ſticæ Philoſophiæ documenta,
aliasq́ non minus utiles quam ne-
ceſſarias ceremonias perperam ad-
miniſtrari, quæſtusq́ in hisrationē
haberi permittant: nec deniq́ fla-
gitijs, & turpitudini ſe ſubijciant.
Si uero ludis, aut uenatiōibus, aut
comeſſationibus ſe addicant, ſi mer
cimonia exercent, ſi ſuſpectam ha-
bēt conſuetudinē cum mulieribus,
ſi interſunt obſcœnis ſpectaculis,
pœnis debitis ſecundū Patrum, &
cōſiliorum ſanctiones coerceantur:
ſcripturæ enim ſacræ ſtudium, &
lingua diuinæ & eccleſiaſticæ Phi-
loſophiæ mellita dulcedine, Chri-
ſtum, & eccleſiā ubiq́ denunciās:
& rerum ſanctarum cura eccleſiæ
miniſtros decent, quorum officiū

eſt uerbum Dei, & eccleſiæ denun ciare, ſacrificijs, orationibus & ſacramentorum adminiſtrationi uacare, miniſteria, ædificia, & bona eccleſiaſtica cōſeruare, pauperum & afflictorum neceſſitates ſubleuare, & tum doctrinæ, tum uitæ exemplo, omnibus prælucere. Verūtamen ne nimium ab inſtituto diuagatus uidear iam complico uela. Vos igitur, Lectores amantiſſimi, rogo quantū ualeo, & ultra quam ualeo, ut diuinā, & eccleſiaſticā Philoſophiam, in qua agnitionis Dei, ueræ religiōis, uiuæ fidei, reliquarumq; uirtutum ſcientia continetur uelut omnium rerum clariſſimam & excellentiſſimam pie, ſanctéq; ueneremini, eāq; aſſiduis ſtudijs complectamini, & diſciplinā eius, quam ſectari ſalubre, & fugere letale teſtatur diuus Cyprianus apprehendere contendatis, ne forte Pſalm.

138

dominus,& pereatis à uia recta: Si qs uero ſapiēs, & diſciplinatus ſit, Iacobi. 3. inter uos, oſtendat ex bona conuerſatione operationem ſuam in manſuetudine huius ſapientiæ. Et licet quoſdam in ſummo errorum domicilio,& uoluptatis ſedibus, ita cacodœmonicis compedibus uinctos his temporibus uideamus,qui quantum eſt amanda ueritas, tantū diligunt falſitatem, ita ut prius uenenum detrahas anguibus, metum ceruis, iram feris, placiditatem pecudibus, quàm eos ab errore uel uoluptate ſemoueas:ut q niſi cum feretro illinc auelli poſſint, quos eleganter Horatius deſignat, dicens:

Vt canis a corio nunq̄ abſterrebitur vncto,
Hoc vitæ genus.

Imbutis enī erroribus, & deguſtatis uoluptatibus uix relinq queūt.

Nā reuocare gradū ſuperasq̄ euadere ad auras,
Hoc opus hic labor eſt.

Vos tamen non ita, chariſſimi fra=tres, qui omnia in eo qui uos cõfortat poſſe, & Deũ pium, propitiũ, & miſericordem reuertentibus ad ipſum eſſe didiciſtis: Vnde ſi aliquos ex uobis errorum ambages ſeduxerint, uel uoluptatum blanditiæ auocarint, pudeat errare, pudeat uoluptatibus illaqueari, pudeat Chriſtianũ eſſe, & Æthnicorũ more uiuere, nec uos pudeat cum Apoſtolo dicere: eramus, & nos aliquãdo inſipiẽtes, increduli, errãtes, ſeruientes deſiderijs, & uoluptatibus uarijs, in malitia, & inuidia agentes, odibiles inuicem, nũc gratias agentes patri, qui dignos nos fecit in partem ſortis ſanctorũ in lumine qui eripuit nos de tenebris, & de poteſtate tenebrarũ, & tranſtulit in regnum filij dilectiõis ſuæ. Bonus eñ eſt ille pudor, qui per hæreſum & uoluptatũ ſemitas

Ioel. 2.

Theſſ. 5.

aberrantes ad rectum iter eccleſiaſti cumq́ tramitem reducit. Vos igit̃ iterum commoneo, dum facultas
Colo.1. adeſt, dum adhuc aliquid de ſeculo ſuper eſt, ad candidam diuinæ, & eccleſiaſticæ Philoſophiæ lucẽ, de profundo erroris, & uoluptatis tenebrarũ emergite. Reliqui uero
Pſal.67. quos Deus facit habitare unanimes in domo, in eccleſia Chriſti, in eam quam ingreſſi eſtis catholicã eccleſiam perſeuerate, & diligenter obſeruate eos qui diſſentiones, &
Rom.1.9 offendicula, præter doctrinã quã uos didiciſtis, aut dicunt, aut faciunt: et declinate ab ipſis, deuitan
2.Thi.6. tes prophanas uocum nouitates, & oppoſitionem falſi nominis ſcientiæ, quam quidam promitentes cir ca fidem exciderunt. Sic deniq; ue
Lucæ.13. lut palmites ſolidæ uitis radici inhærentes, & uelut prudentis ſupra firmã petram ædificatæ ædes, for-

tes in fide, a uera religione immobiles, in arce eccleſiaſtica, uelut acies castrorũ ordinata, nullis falſæ doctrinæ uentis agitati ſtabiles, lorica iuſtitiæ, ſcuto fidei, in quo poſſitis ſagittas maligni ignitas extinguere mucrone uerbi Dei armati, muris uiuorũ lapidum, præſidijs bonorum operum, ſpeculis aſſiduarũ orationum, muniti: huius diuinæ, & eccleſiaſticæ Philoſophiȩ aduerſariorum machinas, baſylicos, ſerpentinas, acutas teretes, phalaricos arcus, aliaq́ grauiora inimicorum iacula ſpectare poteritis: quod ſi directa fuerint aduerſariorũ caſtra, non timeat cor ueſtrum: Et ſi inſurrexerit aduerſum uos bellum, in hoc ſperate, dicentes: nos pugnabimus pro animabus noſtris, & legibus noſtris, & ipſe dominus conteret errorum ſectatores, & uoluptatum amatores ante faciẽ noſtram:

Eccleſ. 2.

Ephe. 6.

Pſal. 16.

1. Maca. 3.

quoniam contra illos ſtabit ſpiri-
tus uirtutis, & tãquam turbo uen
ti diuidet illos, & ad heremũ per-
ducet, omnem terram illorum. In-
terim decet eccleſiaſticæ Philoſo-
phiæ milites ſpiritualibus ſemper
Sap̃.7. actibus occupari, & intẽtis animis
ad hoſtiũ inſidias, & impetus uigi
lare, qui nos uarijs technis, & inſi-
dijs captare contendunt, alios cupi
ditatibus inſatiabilibus immergen
do, alios immoderatis libidinibus
inflammando, alios ambitionibus
& ſuperbiæ ſtimulis accendendo,
alios iræ igniculis concitãdo, alios
liuoris uafricijs ꝓpulſando, alios
inertia, & ebrietate debilitando,
alios erroribus, & ſuperſtitionibus
implicando. Sit igitur miles contẽ
tus ſtipendijs ſuis, erudiat ſe quiſq;
ad continentiam, à principe huius
Lucæ.3. exercitus, qui humilis & mitis eſt
corde; humilitatem diſcat, firmet ſe
ad tem

ad temperantiam, ad charitatem,
inſtruat, ad diligentiam & ſobrie-
tatem ſe præparet, uiuam fidem, &
ueram religionem amplexetur, in-
corruptibiles ſibi theſauros bonis Matth. 11
operibus acquirat. Sit in manibus
diuina lectio, & in ſenſibus Chri-
ſti & Eccleſiæ cogitatio, oratio aſſi
dua omnino non ceſſet, ſalutaris
operatio perſeueret, continua uirtu
tis exercitatio nõ deſit: Sunt deniq;
ſtatiões agendæ, militares expedi-
tiones obeundæ, fames, ſitis, æſtus,
frigora, oĩa deniq; amara, & gra-
uia patienter ſũt ferẽda. Nec lucer-
næ ardentes, & cõtinuæ primæ, ſe-
cundæ, & tertiæ, uigiliarum excu-
biæ omitti debent: ut quoties ini- Matth. 7
mici acceſſerint, quoties adire ten-
tauerint, uigilantes, armatos, ad pu
gnam paratos, ad aciem expeditos
reperiant. His agoniſticis exercitijs
accenduntur tepidi, conſtringun-

F

tur remiſſi, excitantur ignaui: deſer
tores eccleſiæ compelluntur ut re-
deãt: ad aciem robore fortiore ſtre
nuus exercitus colligitur, pugnatu
rus ſine metu, certa fide ſecurus,
quietus, tranquillus: ita unitate cõ
iunctus, ut cũ uel mille à latere, uel
decẽ milia à dextris ſuis irruerint,
Pſalm. 9. nihil tamẽ faſtidij, nihil ſiniſtri ad
eum appropinquare poteſt: mo-
do hierarchiæ eccleſiaſticæ ordine
coaptatus remaneat: & aduerſus
Ethnicorum Hæreticorumq; exer-
cituum ictus, pugnas, iactus, ca-
ſtrametationes, & inſidias: ſacratæ
Apoſtolorũ, & Martyrũ cohortis
fides, ſapiẽtia, cõſtãtia, patiẽtia, cle
mẽtia, & fortitudo proponantur,
cõtra uero ſceleratorum Epicureo-
rumq; legionum conflictus, incur-
ſiones, explorationes, machinatio-
nes: Beatæ Confeſſorũ & Virginũ
phalangis, iuſtitia, abſtinentia, ui-

giliæ, caſtitas, pietas, modeſtia, diri gantur. Vbi enim errorũ, & uolu= ptatũ ſectatores, huius diuinæ, & eccleſiaſticæ Philoſophiæ aduerſa rij, hũc celeberrimũ uirtutum cœ= turn uiderint, non aliter atq; uete= res illi barbari, Romanam uix a= ciem oculis ſuſtinebunt. Hæc igi= tur lucis arma, opera tenebrarum abijcientes, ſumamus: his nos tuta= mentis ſpiritualibus & cæleſtibus Epheſ. 6.
muniamus, ut nequitiæ ſpiritibus, & poteſtatibus tenebrarum reſiſte re poſſimus. In id tandem bonum certamen in quo Apoſtolus ſe cer= Timo. I.
taſſe & curſum conſummaſſe teſta tur, eo animo ueniendum eſt, ut hu ius diuinæ & eccleſiaſticæ ſapiẽtiæ hoſtes, ab ĩpietate ad piẽtatẽ, ab er= rore ad ueritatem, à uoluptate ad continentiam reuocemus. Profliga tis ſubinde ira, ſuperbia, auaritia, perfidia, impudentia, crudelitate,

laſciuia, cæcitate, præcipuis aduer-
ſariorum tyrannis, & ſatrapis, di-
uina gratia, mente incorrupta, fi-
de ĩtegra, uirtute deuota, roborati,
militemus fortiter, dimicemus cõ
1. Ad Corinth. 9. ſtanter, ſcientes Deum, & Angelos
congreſſionis ſpectatores, & incor
ruptibili felicitatis corona præpara
tores, in eos qui legitime certauerũt
eſſe. Quod ſi forte aliqs erroris, uel
Pſalmus 144. uoluptatis tentatione corruerit nõ
abſorbeatur triſtitia, nec de princi-
pis noſtri, qui alleuat omnes qui
ruunt, & erigit omnes eliſos miſera
tione & auxilio diffidat: teneamus
tamẽ pro uiribus quod habemus,
ne alius accipiat coronam noſtrã.
Apoc. 4 Et ſic curramus ad propoſitum cer
tamen, ut omnes corona fidei, &
præmio immortalitatis donemur,
aſpicientes autorem fidei, & in-
uictiſſimi Principis ueſtigia ſe-
quẽtes, qui principem aduerſario-

rum deiecit, & uoluptates, & erro-
res quotidie in nobis deuincit: qui
& palmas uictoriæ omnibus pro
fide eccleſiæ militantibus promit-
tit. Et præmia æterna pro labo-
ribus momentaneis conſtituit. Nõ
puſillum tamen ut fidem ſuorum,
uel probet, uel corroboret, & bo-
nos, à malis, fortes, ab inertibus, ſa-
pientes à ſtultis, continentes à laſci
uis, fideles ab hæreticis, agitatos
longe diſtare oſtẽdat, certamẽ per-
mittit: quia niſi præceſſerit pugna,
nõ poteſt eſſe uictoria, & ꝓ ut nau-
clerus in tempeſtate dignoſcitur, ita
miles in acie ꝓbatur. Hinc errorũ
ſectatores, & uoluptatũ amatores,
hanc diuinam, & eccleſiaſticã op-
pugnantes Philoſophiã, quam nos
aſſidue defendamus, & ſummis
præconijs efferamus, in omnibus
gratias agentes, & in dei gloriã & Rom.:c.
honorem ſingula uertẽtes. Vnde ut

F iij

ſinem dicendi faciam, uos Chriſtia
ni Lectores, oro, ut ſi quæ tradi=
derimus forte bona, ſi ſalutaria ui=
deantur, propter autoris humilita=
tem, ne cõtemnatis; uitãtes prophe=
ticam imprecationem, in eos qui ꝓ
perſonarum uarietate, uel pro ſuo
magis liuido affectu, quod bonũ
eſt dicunt malũ, quod dulce eſt fa=
ciunt amarum. Scire enim debetis
nos nequaquam idoneos cogitare
aliquid ex nobiſmetipſis, ſed ſuffi=
cientiam noſtram ex Deo eſſe: quẽ
ex intimis præcordijs rogamus, ut
det uobis, ſecundũ diuitias gloriæ
ſuæ, in uirtutem corroborari, p ſpi
2. Corith 4. ritũ eius: in interiorẽ hominẽ Chri
ſtum habitare per fidem in cordi=
bus ueſtris, in charitate radicati: ut
poſſitis comprehẽdere, cum omni=
bus ſanctis, quæ ſit latitudo, longi=
tudo, & ſublimitas, & ꝓfundum:
ſcire etiam ſupereminentem ſcien=